



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la  
Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 2.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

incipiendo scilicet, ab illo verbo: si habes facultatem, ingredi; si minus, vade ad cubiculum P. Rectoris. Venienti igitur pro more Dæmoni notius benè instructus pulsanti respondit, seruat ordine verborum: Dæmon autem non est ingre-  
sus; sed iuit ad cubiculum P. Rectoris, & totam suam iram in illum effudit, verberans eum crudelissimè quo facto, & magno excitato strepitu abiuit, ne amplius vnquam redijt. O charitatem dignam vero spiritualium filiorum Patre, crucis Christi amico, eiusque verberum, ac dolorum imitator: qui etsi à crudelibus carnificibus illati fuerunt, potiùs tamen ab Infernalibus furijs illos exsternantibus proueniebant, iuxta verbum illud ipsius Christi: *a hac est hora vestra, & potestas tenebrarum*. quibus voluit seipsum tradere, vt nos à furore eius, & rabie liberaret. Ita Sanctus hic vir ex amore erga sibi à Deo cõmissos, voluit eorù pœnam in se sustinere, vt eos ab eis liberaret. Nam timuit Carnificis illius furorè, & verberum eius crudelitatem; potiùs lubens ea sustinuit, ne vltèrius innocentiæ eius subdit<sup>9</sup> ea toleraret. Et quãuis potuisset sacralijs medijs vti, aut iubere, tantù illi respondit: ne ingrediaris, nisi habeas facultatè: noluit tamen id facere, sed cum hoste congregari, sicut nouitius congregiebatur; & re ipsa experiri, quòd ille tolerabat: vt sic coronam obtineret, quæ tali congressu & patientia comparatur.

§. II.

**A**LIVS ei casus Villa-Garciæ euenit, in quo suam ostendit charitatè, filium abscindens consilij ac decreti sui, cù magna sua incommoditate, vt proximo cõmodaret. Habiturus erat

a Luc 22.53.



quodam die Dominico mane concionem in nostro templo: (in huiusmodi enim Oppidis non recusabat hoc munus exercere) & ecce peruenit eod Prior S. Isidori Legionensis, nomine Castellanus, qui Salmanticā proficiscebatur; & cupiebat cū P. Balchastare de aliquibus rebus ad animam suā pertinentibus agere: diligebat enim ac venerabatur eum, à quo magnum fructum in exercitijs acceperat: sed adeò festinabat, vt non posset diutius ibi morari, quàm ab hora septima, qua peruenit, vsque ad decimam: hærebat Pater dubius, quid faceret; necdum enim ad concionem habendam se præparauerat, cuius argumentum ex Euangelio illius Dominicæ futurum erat de Charitate. Sic igitur necessitati ipsum quærentis, & vt audiretur petentis consulere volebat; defuisset illi tempus ad præparationem necessarium; si autem eum non exaudiebat, dimisisset tristem, ac desolatam; eod quod tanti sui voti compos non fieret. Quare, re Domino Deo commendata, constituit apud se optimum studium, & ad concionem de charitate habendam præparationem esse, eam primùm exercere cum proximo, ipsius consilio, & consolatione indigente: Dei enim interesse, ipsi in tempore suggerere, quæ publicè esset dicturus. & ita euenit. toto enim tempore matutino mansit cum illo Priore, vsque ad semihoram ante concionem: quod tempus ipse consumpsit in oratione: post quam habuit suam concionem de charitate erga proximos. de qua altiùs est locutus, quàm si multis diebus, ad eam se præparasset. certū est enim, (vt ait Ecclesiasticus) *a quia a Eccl. 2.*  
*Nullus sperauit in Domino, & confusus est: & quod eius*



eius amore, ac proximorum amittitur, in tempore redit duplicatum.

DE NIQV B Pater Balthassar, tanquam fidei Evangelij Operarius, valde cordi suo infirmos habebat illud Apostoli consilium, *b debemus infirmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & nobis placere; vnusquisque vestrum proximo placeat in bonum, ad edificationem.* Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est; *c imperia impropertantium tibi ceciderunt super te* quasi diceret: bonus Christi Minister non facit commoditatem, aut quod sibi tantum arridet: sed quod proximis expedit, quærere debet; ac tantis acquiescere in eorum imperfectionibus, molestijs, etiam cum ipsi sunt graues: acquiescendum tamen illis est in bono, non ob aliquem humanum respectum, sed ob ædificationem animarum, earumque profectum: sequentes exemplum Saluatoris, qui non elegit, quod naturalis voluntas appetebat; sed molestias, & cruciatus procul; subiens poenas, quas nostra peccata merebantur. In eum finem inferebat se sanctus hic multis laboribus ad proximorum consolatione pertinentibus, etiam si propterea delicijs, & uoribus spiritualibus esset renunciandum, quibus gaudebat in sua recollectione, dicens cum postolo: *d per omnia omnibus placeo non quæro quod mihi utile est, sed quod multis: ut salui fiant* quemadmodum etiam S. Bernardus Monachis dicebat: *Rara satis mihi ad feriandum à superbientibus conceditur hora, verum ego non habeo uolo querela, nec utar potestate, quam habeo me subtrahendum; magis autem ipsi me veram*

b Rom. 15. 1.

c Psal. 68.  
10.

d 1. Cor. 10.

33.

Serm 52. in

Cant. ad finē.



vt libet: tantum, vt salui fiant geram eis morem; <sup>cc</sup>  
 & in ipsis seruiam Deo meo, quamdiu fuero, in <sup>cc</sup>  
 charitate non ficta. Non quæram, quæ mea sunt, <sup>cc</sup>  
 nec quod mihi est vtile; sed quod multis, id mihi <sup>cc</sup>  
 vtile iudicabo. Quamuis autem P. Balthassar con- <sup>cc</sup>  
 siliū hoc vniuersim erga proximos seruaret, pru-  
 denter & moderatè, vt supra dictum est, ad id at-  
 tendendo: multò tamen exactiùs illud sequeba-  
 tur erga nouitios, & reliquos domesticos sibi cõ-  
 missos; maiori multò cura eis attendens, vt postea  
 dicemus.

SE D vt appareat, quantum Domino nostro pla-  
 ceat, quod ipsius Operarij hisce laboribus se ex-  
 ponant, vt suis proximis consulant, etiam desiste-  
 do, à proprijs negotijs & consilijs, referam hic le-  
 pidum quendam casum, qui P. Balthassari euenit  
 excusanti se à quodam huiusmodi opere præstan-  
 do: non quòd laborem refugeret, sed vt alte-  
 ri attenderet, quod ipse maioris momenti iudica-  
 bat: quem tamen Dominus impulit, vt prius alte-  
 rum faceret. Peruenit quodam die Vallis-Oletum  
 in transitu, cum proficisceretur Burgos, negotij  
 cuiusdam magni momenti causa, quod nullas mor-  
 ras patiebatur, cuius faciemus mentionem cap. 27.  
 Erat tunc Vallis-Oleti in domo D. Mariæ Auen-  
 niæ Comitissæ Buendii ancilla quædam Dei, no-  
 mine Stephania, ex familia quidem rustica, &  
 simplici; sed coelestibus donis, magnisque D. E. I  
 fauoribus plena, quæ Deus illi in oratione largie-  
 batur; quæ aliquoties cum Patre Balthassare per  
 eundem locum transeunte egerat, vt quoniam a-  
 pud beatam Matrem Thereffam de Iesu multum i-  
 ple valebat, ageret cum ea, vt in eius Religio-  
 nem,

O



nem, absque dote admitteretur. (quod initium cum aliquibus fiebat) Pater ei respondit, se id acturam, si illa admitti vellet, ut in domesticis rebus monialibus ministraret, cum hoc excellentioris esset humilitatis. Et illa quidem acquieuerat: Paterque Balthassar receperat, se impetraturum: sed multis officij sui occupationibus prohibitus fuit per multos dies id efficere. Cum igitur nunc per Vallis-Oletum transiret, & serua illa Dei hoc intelligeret, curauit ei per Confessarium significari, ut esset memor; & cogitaret; quod ipsius negotium diu protraheretur, cui Pater respondit, se ob festinationem, & quod iam in procinctu esset, non posse tunc de negotio illo agere, sed in reditu, qui breui erat futurus, se omnino acturum. Verum illa timens longiores moras, ob aliqua noua negotia, quae facile poterant Patri occurrere, dixit in magna sinceritate Confessario suo: si quidem Pater Balthassar exaudire me non vult, efficiam ego apud Deum, ut me exaudiat: & statim accessit ad orationem coram sanctissimo Sacramento: ad eoque seruenter id à Deo petijt: ut cum iam in promptu essent iumenta, & Pater conscendere vellet, ut discederet: repente incidere in febre adeo grauem, ut coactus fuerit ponere se in lectum: & cum intelligeret, vnde illi febris illa euenisset, misit ad ipsam Stephaniam rogans, ut impetraret à Deo liberationem à febre; & statim se velle exire, ut quod ipsa tantopere desiderabat, expediret, & obtineret. Illa id à Deo petijt, & obtinuit: & ipso vesperi Pater negotium iuxta votum Stephaniae perfecit.



& sequenti di mane sanus profecutus est iter suum.

Ex hoc licet intelligere suauem Dei nostri prouidentiam in componendis suis electis, cum aliqua inter eos dissensio esse uideretur, ob diuersos, licet aliàs bonos, eorum fines: siquidem ex vna parte ancillam hanc suam consolatus est, exaudiens ad eò ad nutum eius orationem, ut diximus, ex altera uero parte non fuit illa mora impedimento, quò minus Pater Balthassar inter suum profeceretur ita oportune, ut foelicem exitum obtineret, ut inferius suo loco referemus.

## CAPVT XIX.

PROBATIONIS ORDINEM,  
cum magna perfectione Metinae constituit. eiusdem talenta ad Nouitios instruendos, eorumque sub ipso fer-

1607.



IN quo Pater BALTHASSAR maxime eminebat, dum esset Metinae, & propter quod notissimus erat, magnique fiebat in Societate, illud fuit, quod primus Probationis, & Tyrocinijs ratione & ordinem in hac Castella prouincia constituerit,

O 2

post-